



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Christophori || Helvici || In Academia Giessena Quondam
Do-||ctoris & Professoris, Theologi, Philo-||sophi, Historici,
Chronologi, Philologi || laudatissimi, Libri || Didactici,||
Grammaticæ || ...**

Helwig, Christoph

Giessae, 1619

Irregularia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70031)

4. Cum Adverbiis : Idem, eadem, idem [id est, is demum, &c.] Eccum, eccam, [id est, ecce eum, &c.] Ellum, ellam [en illum,] Nunquis.
5. Cum Conjunctionibus : Ecquis, Siquis, Nequis, quisq, Quisquam, Quisnam, Quispiam, Quicumq.
6. Cum inseparabilibus Adjectionibus :
ce, Hicce [quasi, Hic ecce.]
met, Egomet, Tümet, Suimet, Ipsemet.
te, Tute.
pte, adjicitur tantum Ablativis Singularibus Possessorum : meopte, tuopte, suopte, &c. meapte, tuapte, suapte, &c.

Quomodo declinantur Pronomina composita?

Planè ut Nomina. Nam Recti tantum declinantur.

[Aliquis, in Feminino Singulari, & Neutro Plurali, habet Aliqua. Sed Ecquis, Siquis, Nequis, Nunquis, habent duplici modo, æ & a.]

IRREGULARIA.

Defectiva sunt: Isthic, Illic, Tute, Sese, Eccum, Ellum.

ISTHIC.

N. Isthic	isthæc	isthoc vel istuc
A. Isthunc	isthanc	isthoc vel istuc
Abl. Isthoc	isthas	isthoc

ILLIC.

Eodem planè modo.

TUTE.

N. Tute.
Ac. & Abl. Tete.

SESE.

Ac. & Abl. sese.

ECCUM, ELLUM.

Acc. { Eccum, eccam.
Eccos, eccas

Ellum, ellam.

Referunt etiam ad Pronomina Composita & Defectiva, Hiccinè; quod revera est Pronomen cum Adverbio interrogandi constructum, & declinatur integrè hoc modo:

HICCI-

H I C C I N E ?

N. Hiccine? haccine? hoccine?

G. Hujusne?

D. Hujusne?

Ac. Huncine? hancine? hoccine?

Ab. Hoccine? haccine? hoccine?

Pluraliter.

N. Hine? hane? haccine?

G. Horumne? harumne? horumne?

D. Hine?

Ac. Hosne, & hoscine? hasne & hoscine? haccine?

Ab. Hine?

I N V E R B O .

[O R I G I N A T I O V E R B I.]

Quotuplex est Verbum Derivatam?

Nominale, quod à Nomine

Verbale, quod à Verbo

Adverbiale, quod ab Adverbio

Præpositionale, quod à præpositione

} derivatur.

Quotuplex est Verbale?

Quadruplex.

1. Inchoativum, quod significat inchoationem aut incrementum. Ac desinit in S C O.
2. Frequentativum, quod significat assiduitatem aut conatum. Ac desinit in S O, T O, X O.
3. Meditativum, quod significat voluntatem & appetitum. Ac desinit in U R I O.
4. Deminutivum, quod deminutionem sui primitivi significat. Ac desinit in L L O, I C O.

¶ Inchoativa unde formantur?

A Presentis persona secunda, addendo C O. [ut, sordes, sordesco.]

Quædam etiam à Nomine derivantur, ut gravesco, repuerasco.

Suntque 3. Conjugationis omnia.

[Inchoativa quæ à Verbo derivantur, retinent Perfectum sui primitivi. Sed quæ à Nomine, carent Perfecto.]

H

¶ Fre-